



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

na retributione dono Hachingen & Puelocham, Actum in monasterio sancti Dionysij, sub oppido villæ, quæ nuncupatur Skeftlari, publicè: Testis Orendil Comes, sexto Idus Augusti, anno VI, Imperij Domini nostri Caroli Magni Imperatoris, Regni eius in Francia 38. &c.

VASTATVM est hoc Monasterium per Vngaros, sicut & cætera, restitutum deinde per Heinricum Ducem Bauariæ & Ottonem Episcopum Frisingen. fratres, diui Leopoldi Austriaci filios, qui loco Benedictinorum substituerunt Præmonstratenses, Anno 1140. Ioan. Auentin. in Annalibus fol. 630. in fine obscure, ac non satis correctè de hoc & aliis tribus Mon. habet; in Boiaria dum hæc ædes sacræ dedicantur, Heinricus Dux Boius, Otto frater eius, Episcopus Fruxinensis, in superiore Boiaria quatuor templa sacrarunt, de integro ædificant extra mœnia Fruxinen. oppidi Præmonstratis Neostephotam, Sylurnum, Schlechdorf, Schaphulariam, olim ante annos amplius 300. conditam, sub Tesselone III. diui Benedicti sacris iniciatam, ab Vgris euersam reficiunt; mystis popularibus Augustinianis Nardobertinis dicant, &c. Originale seu Autographum habet condita, initiata, euersa; alias ad Scheftlarn solum fieret relatio, quod non quadrat, cum Schliers Monast. quoque sub Tesselone sit conditum, idem Auent. fol. 303. Item ab Vngaris euersum fol. 482. Schlechdorf antea sub Vtilone fol. 292. euersum quoq; fol. 482. Est ergo sensus, quod Neustift de nouo ædificarunt, alia tria Monast. refecerunt, &c.

CONRADVS de Sachsenhausen eligitur ibi in Præpositum, anno 1320. optimè administravit, restauravit pleraq; ac multa prædia emit. ob. an. 1346.

IOANNES Præpositus optimam Parochiam in Scheuring Dominij Liechtenbergensis iuxta Lycum, vna cum decimis acquisiuit, ac Monasterio incorporauit, vt vocant.

NOBILES ibi sepulti, Schvveickerus de Gundelsing in ambitu ibi, inscriptio illius lapidis, propter vetustatē non est legibilis, Vixit autem hic Schvveickerus, circa an. 1350.

DE Bairpron vicino castro, Conradus vltimus illius familiæ, vnus ex præcipuis militiæ Ducibus Ludouici quarti Imperatoris, ibi in capella Parochiaæ anniuersarium & Missam quotidianam instituit, cum vxore sua de Preising, qui obiit an. 1333.

RHELINGERI de Haldenberg, prope Lycum Parochiani Scheuringenses sepulti ibi in ambitu.

ADDITIONES.

PRIMA MONASTERII SCHÖFTLARIENSIS FVN DATIO.

DOMINO nostro Iesu Christo protegente & adiuuante. Ego indignus presbyter Waltrich cogitans cogitavi pro remedio animæ meæ, cum licentia Illustrissimi Ducis Bauuariorum Thassilonis in propria hæreditate mea cepi ædificare Ecclesiam Dei in loco Peipinbach sub villa nuncupata Scëftlari, propè flauium Isuræ. Ipsa enim ædificata Ecclesia quam ego ipse manibus meis fundavi, Aduocaui Iosephum Episcopum, vt ipsam dedicaret ecclesiam. Adueniente Venerabili Episcopo, interrogabat me coram omnibus cohæredibus meis, si aliquis eorum mihi hoc contradicere voluisset peragendum, vel quomodo eam hæreditare voluissē. Parentibus enim meis pari deuotione con-

Metrop. Salub. Tom. III.

bb 2

fen-

sentientibus addidi etiam alias duas Ecclesias Dihingas, & ad Ehapal dingas, & meipsum, & quicquid habui ad ipsam Ecclesiam tradidi, & firmiter in omnibus confirmaui. Dedicatâ autem Ecclesiâ accessi, & profunis signo tradidi eam in manus Iosephi Episcopi, vt in æuum permansisset ad Domum sanctæ Mariæ ad Frisingas, vt nos & Fratres nostri ibidem habuissimus Caput & Tuitionem capitis. Ipsum autem Oratorium dedicatum est in honore sancti Dionysij in Calendis Nouembris. Et statui tam pro me & pro parentibus meis & cohæredibus, vt pro remedio animarum nostrarum ibidem perpetualiter permansisset cum omnibus acquisitionibus meis, cum mancipiis & pecoribus & ædificiis, pecuniis, terris, syluis, cultis & incultis, ruribus pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, omnia in omnibus firmiter tradidi & confirmaui ad prænotatam Domum Dei. Regnante Domino & Illustrissimo Duce nostro Thasilone. Anno XXV. Indictione. XV. Isti sunt testes. Atto, Frater eius Pippi, Alprich, Cundhart, Reginhart, Mandelker, Isenker, Meio, Erganol, Oadelker, Adalgar, Starkolf, Toto, Deotmar, Fritilo, Helmker, Herideo, Vrfo, Sundarhere, Egino, Altrich, Oasrich, Sicco, Richbald, Deotmar, Perchtolt, Icho, Ezzilo, Fricho.

TRADITIO PETTONIS EPISCOPI
DE HÄCHINGEN.

SACROSANCTO Monasterio sancti Dionysij quod est constructum in Regno Francorum, in Ducatu Baiuoriarum, super fluuium qui dicitur Ilura, vbi Venerabilis Vir Petto Episcopus seu Abbas ad regendum præesse videtur.

Ego ipse Petto Episcopus & Abbas, cogito primùm ob Dei timorem seu pro peccatis meis minuendis, atque pro æterna retributione dono ad ipsam Ecclesiam S. Dionysij à die præesente, donatumque in perpetuum esse volo, hoc est, res proprietatis meæ in villa quæ dicitur Hachinga, & mancipia his nominibus. Wenilo & Adelsvind cum infantibus eorum Othelm, Adelm, Hleokelt Gozind, & alia mancipia. Luibrat, Heribirck, Drustat, Ottmunt cum infantibus suis, vel quicquid de genitore meo ad me peruenit, tam mansis, campis, pratis, syluis, pomiferis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & regressibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, totumque integrum. Similiter dono in ipsa Villa Hachinga, quicquid de Helfrico comparauit, mancipiis vel mansis, campis, pratis, syluis, pomiferis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & regressibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, totumque integrum. Similiter dono & in villa quæ dicitur Puoloch, quicquid de Folkero & filio suo Milone comparauit, tam mansis, campis, pratis, syluis, pomiferis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & regressibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, vel de quocunque ingenio ad me peruenit, vel peruenire poterit ad integrum, vt quicquid exinde agentes sancto Dionysio facere voluerint, in eorum maneat potestate, nulloque contradicente. Si quis aut ego quod fieri non

non

non arbitror, aut aliquis de heredibus vel cohæredibus meis seu quælibet vlla opposita persona, quæ contra hanc donationem quam ego plenissimâ voluntate scribere postulaui, venire temptauerit, ne hoc valeat euindicare aut præpedire vbi donatum est, sed hæc donatio in perpetuum firma permaneat. Acta est in Monasterio sancti Dionysij sub oppido Villæ, quæ nuncupatur Scefflari publicè. Isti sunt testes veri Orendil Comes. Erchenolf, Helfrich, Heribert, Albrich, Altolf. In Dei nomine ego Petto Episcopus hanc donationem à me factam relegi & subscripsi.

Cuniprecht heil. Actum in loco qui dicitur Scefflari, Mense Aug. VI. Idus Aug. Anno VI. Imperij Domini nostri Caroli magni Imperatoris, & Regni eius in Francia, XXXVIII.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto ego Dei gratia *Frisingensis* Ecclesiæ Episcopus qualicumque misericordia Domini fauente volens Episcopatus nostra diruta instaurare, religionis seminaria plantare, plantata rigare, Præposituram *Schefflarn* cum vniuersis quæ vel prædecessorum nostrorum largitate, vel comprouincialium liberalitate conquisita sunt: videlicet Ecclesiis, mancipiis, villis, agris, pratis, pascuis, decimis, cultis & incultis, Fratribus secundum Regulam *B. Augustini*, & consuetudinem *Præmonstratensium* Fratrum Deo ibidem seruientibus contradidimus. Quædam etiam Beneficia nostri Episcopatus eis perpetuò retinenda donauimus, Ecclesias insuper eidem loco adiacentes, scilicet *Schefftelaren, Yrsenhusen, Niuuaren, Echboldingen* vtilitatis gratiâ cum cura animarum terminando ad idem Monasterium transmouimus. Volentes autem Fratrum eorundem justæ petitioni aurem accommodare, Fratres ibi professos ne discedant, discedentes vt nullus suscipiat Anathematis vinculo volumus confirmare. Adiicimus etiam vt de laboribus manuum & de nutrimentis animalium eorum in nostro Episcopatu nullus decimas exigat. Obeunte verò Præposito nullus nisi canonicè electus substituatur. Aduocatum si intolerabilis fuerit mutandi facultatem, & qui ibidem sepeliri postulauerint, concedimus libertatem. In Ecclesiis ad claustrum eorum pertinentibus sine petitione ipsorum Sacerdotes non ponantur. Possessa vel justè possidenda vt nullus surripere audeat, vel eodem Fratres inquietare, aut aliqua exactione infestare præsumat, auctoritate DEI & nostra instantissimè prohibemus. Hæc autem vt perpetuò inconuulsa permaneant, quemadmodum præfatum sumus, auctoritate DEI & Beatae Mariæ, cuius Ecclesiæ misericordia ipsius præsidemus, & omnium Sanctorum, nec non &

Metrop. Salisb. Tom. III.

bb 2

nostra

nostra confirmamus, & sigilli nostri impressione munimus, & huius paginae nostrae violatores, ut in die extremi examinis cum iniquorum capite vlticibus flammis perpetuo exurendi inuoluantur, DEVM testem inuocamus & iudicem, eidem vero loco, & Patribus iusta seruantibus sit pax & aeterna cum Angelis Societas Amen.

Facta sunt autem haec inuniuersali Capitulo *Ottonis* Episcopi *Frisingae*, subscribentibus eiusdem Ecclesiae Prioribus, nec non etiam Clericis ac Laicis omnibus consentientibus & approbantibus. Anno quidem eiusdem Episcopi secundo, Dominicae vero incarnationis Millesimo Centesimo Quadragesimo.

Ego *Hoboldus* maioris Ecclesiae Praepositus subscripsi.

Ego *Adalbertus* maioris Ecclesiae Decanus subscripsi.

Ego *Herricus* Archidiaconus & Praepositus *Mospurgens.* Ecclesiae subscripsi.

Ego *Wicmannus* S. *Andreae* Ecclesiae Praepositus subscripsi.

Ego *Heinricus Reitenbuochenfis* Praepositus subscripsi.

Ego *Dietramus* de Cella S. *Martini* subscripsi.

Ego *Heinricus* Praepositus de *Burenberch* subscripsi.

Ego *Herrandus* Archidiaconus subscripsi.

Ego *Waltherus Burensis* Abbas subscripsi.

Ego *Sigimarus* Abbas S. *Stephani* subscripsi.

INNOCENTIVS seruus seruorum, DEI dilecto filio *Engelberto* Monasterij sancti *Dionysij* de *Scheftlarn* Praeposito, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regulariter substitutis in perpetuum, Apostolici moderaminis clementiae conuenit religiosos diligere, & eorum loca pia protectione communire. Dignum namque & honestati conueniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas & prauorum hominum nequiciae tueamur, & Apostolicae sedis patrocinio foueamus. Ea propter dilecti in Domino filij postulationibus vestris rationalibus clementer annuimus, & Monasterium vestrum sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti pagina communimus. In primis siquidem statuente ut in vestro Monasterio ordo Canonicus secundum Beati *Augustini* regulam & institutionem *Praemonstratae* Ecclesiae perpetuis temporibus inuolubiliter conseruetur. Praeterea quaecumque bona quaecumque possessiones idem Monasterium tam ex dono venerabilis fratris nostri *Ottonis Frisingensis* Episcopi, quam aliorum Dei fidelium in praesentiarum iuste ac legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione
Regum

Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam ne professis in vestro Monasterio aliqua occasione liceat absque Abbatis & Capituli licentia ad alia loca transire, nec discedentes quisquam contra voluntatem vestram suscipere vel retinere præsumat. In generali quoque ipsius Episcopatus interdicto, submissa voce & clausis ianuis diuina officia celebrandi licentiam vobis concedimus, nullo tamen interdicto vel excommunicato intus admisso. Sacerdotes verò qui in vestris Ecclesiis sunt statuendi Episcopo præsententis, qui sibi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus respondeant. Sanè laborum vestrorum decimas quas propriis manibus vel sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omninò clericus siue laicus à vobis exigere præsumat. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à dyocessano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis, & absque aliqua prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire antistitem: qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Obeunte verò re nunc eiusdem loci Præposito, nullus qualibet ibi subreptionis allutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, secundum Dei timorem, & Beati *Augustini* regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illi sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati fuerint, nullus obstitat, saluo iure matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integrè conferuentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur Ecclesiastica secularisue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundò tertioque commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, honoris potestatisque suæ dignitate careat, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loca sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen.

Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego *Gregorius* Diaconus Card. SS. *Sergij & Bachi*.

Ego *Geraldus* presb. Card. tt. S. *Crucis in Hierusalem*.

Ego *Albertus Albanensis* Episcopus.

Ego *Otto* Diac. Card. S. *Georgij ad velum aureum*.

Ego *Anselmus* presb. Card. tt. S. *Laurentij in Lucina*.

Ego *Iuo* presb. Card. tt. S. *Laurentij in Damaso*.

Ego *Chrisogonus* presb. Card. tt. S. *Praxedis*.

Ego *Petrus* presb. Card. tt. *Pastoris*.

Ego *Gorzo* presb. Card. tt. S. *Cecilia*.

Ego *Hubaldus* Diac. Card. S. *Mariae in uialata*.

Metrop. Salub. Tom. III.

bb 3

Ego

Ego *Bernhardus* Diac. Card. S. *Mariae* in *Dominica*.

Ego *Thomas* S. R. E. Diac. Cardinalis.

Dat. *Laterani* per manus *Almerici* S. R. E. Diac. Card. & Cancellarij, XV. Kal. Ianuarij, Indi. IV. an. Incarnationis *Dominicæ* M. C. XL. Pontificatus vero *Dñi Innocentij* Papæ an. XI.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*. *Albertus* Dei gratia *Frisingensis* Episcopus, Dilecto Fr. *Hainrico* Præposito sancti *Dionysij* de *Scheffelarn*, eiusque successoribus Canonice substituendis, in perpetuum. Patrum & antecessorum nostrorum, quantum valemus vestigiis insistentes, domibus religiosis providere, plantationes quas ad sanctum vitæ propositum studiosè plantauerunt, pro posse nostro fouere & rigare nos conuenit, diuinæ clementiæ supplicantes, vt in eisdem locis & quæ bona sunt nutriat, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodiat. Inde est quod ad petitionem tuam, dilecte & honorabilis Fr. *Hainrice*, decimationem quæ de prædio apud curtem quæ vocatur *Iburgeshof* nobis seu presbytero, ad cuius parochiam pertineret, si non propriis eam manibus ac sumptibus excoleretis resignatam in manus nostras à Fratre *Heribordo* Decano qui in præsentiarum Ecclesiam *Veltmochingen* dinoscitur habere, tibi tuæq; contradimus Ecclesiæ fratribus, apud *Scheffelarn* sub regulari professione degentibus ad perpetuos vsus profuturam. Conniuentia itaque & assensu omnium nostrorum tam Clericorum quàm laicorum omnè decimam eiusdè prædij tam in frugibus quàm in nutrituris animalium vestrorum, seu in cæteris quibus labore manuum terra gignere solet, vobis tradimus, & præsentis scripti pagina firmamus. Statuentes vt nullus successorum nostrorum, vobis eam auferre, vel quoquomodo imminuere, nullus presbyter vos pro ea inquietare vel interpellare præsumat: rationem si quis contra hæc agere temprauerit, districto iudici in extremo examine redditurus. Vt autem huius nostræ concessionis seu donationis beneficentia nulla possit à posteris obliuione deleri, nulla, cuiuspiam temeritate infringi, hanc vobis exinde chartam conferibi & sigilli nostri impressione signari fecimus, testibus subternotatis, quorum hæc nomina sunt.

Engilcalcus maioris Ecclesiæ Præpositus.

Henricus Præpositus S. *Axiti*.

Henricus S. *Andree* Præpositus,

Ravvinus S. *Viti* Præpositus.

Leopoldus Archidiaconus.

Berchtoldus S. *Zenonis* Præpositus.

Rudolphus Canonicus. *Valscalcus* Canonicus. *Fridericus* Canonicus,

Ortvinnus Canon. *Conradus* Canon. & iterum *Conradus*.

Liutvinnus Can. *Henricus* *Fridericus* Canon. *Henricus* Custos,

Herrandus Can. *Heribordus* Decanus de *Veldmoching*,

Rapoto Abbas de *Wibensteuen* cum suis Monachis,

Engilcalcus Prior de *Noua cella* cum suis fratribus,

Laici, *Folmarus* de *Wischerhouen*. De Ministerialibus,

Waltmannus & Filius eius *Fridericus* de *Holenstain*.

Adeloldus de *Dorinpach*, *Siboto* de *Paccarn*.

Rudol.

Rodolphus de Probenhusen. Henricus Felix puer. Gotesfridus Pincerna. Milites. Waltencannus de Hohenstein. Helphrich, Siboto, Henricus, Pernhardus de Veringen. Ortwinus de Chumzdorff, de Frisinga, Mazelinus & alii quamplures. De Monachen, Wernherus Guoman. Engilscalcus Monetarius, Wernherus Thelonearius, Wernherus de Mamminga, Conradus de Seonengou, Conradus Rufus, Albertus & Ulrichus & alij quam plures. Actum Frisinga Anno ab incarnatione Domini M. C. LXIX. ANNO autem Domini Alberti Frisingensis Episcopi X. Indiæ. feliciter, Amen.

IN Nominē Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto Dei gratia Frisingen. Ecclesiæ Episcopus secundus. Ob hoc disponente Domino sumus ad regimen Ecclesiarum assumpti, ut earum indigentis curâ pastorali prouidendo, non solum ea quæ nos ob amorem diuinum ipsis donaria largimur; verum etiâ quæ piæ memoriæ Antecessores nostri diuinitus eis inducti contulerunt, priuilegiorum nostrorum attestacione confirmanda roboremus. Nouerit itaq; tam præsentium quam post futurorum Ecclesiæ nostræ filiorum sagacitas, q. dilecti filij nostri *Henricus* uidelicet *Scheftlurenensis* Ecclesiæ Præpositus, suiq; confratres ad nos accedentes, humillima præcom apud nos obrinuerunt instantia, q. nos traditiones Antecessorum nostrorum Dñi scil. *Otonis*, ac Dñi *Adalberti* Reuendendorum Antistitum, quibus eandem Ecclesiam largâ donatione ditauerant, pariter cum his quæ & nos pro modulo nostro ipsi contulimus, priuilegij nostri renouacione cõfirmarem, subscripta distinctione determinando, quid iste uel ille eidem Ecclesiæ contulerit Episcopus. Siquidem Dominus *Otto* qui primus in eadem Ecclesia *Præmonstraten.* inchoauit ordinem, paternâ sollicitudine deliberans, qualiter ibi Deo famulantiũ sustentacioni succurreret, Ecclesias ei adiacentes, quæ in Priuilegiis antiquiorib. monstrantur adnotatæ, priuilegiata attestacione pariter cum monte qui dicitur *Wakkesperch* assignauit: ex indulgentia suæ auctoritatis hoc adiciens, ut si forte possessionum earundem Aduocati plus debito memoratos Fratres molestare nitentur, potestatem habeant, alium siue alios instituendi. Similiter & Dominus *Adalbertus* suprâ memoratus Antistes propriæ salutis consulens, Decimationes apud *Ibungeshauen* & *Cheuertoch* prætaxatis Fratribus legitimè contradidit, scriptis & Priuilegiatis eandem & ipse traditionem corroborans. Cui cum nos permissione diuina successissemus, cupientes etiã eorundem Fratrum indigentis ex aliqua parte subuenire, placuit ut ad petitionem, ipsorum quasdam Decimationes apud *Bozan*, quæ nostris quondam deputatæ fuerant Dominicalibus, & quæ nos à quodam *Egilso Augusto* Ecclesiæ Ministeriali feudali iure exemimus; ad communem eorum utilitatem conferremus, & Capellam apud *Straßloch*, Præterea sicut ab antiquo eis indulcū fuerat, & nos indulgemus, ut quicumque Ministerialium Ecclesiæ nostræ testamentum faciens aliquid eis de prædio suo uoluerit imperitari, ratum à nobis & successoribus nostris obseruetur; & quicumque moriens sepulturam apud eos elegerit, licite ab eis & sine contradictione sepeliatur. Hæc autē omnia quamuis aliis alibi priuilegiorum instrumentis cõmunita reperiantur; Nos tamen nihilominus ob maioris cautelæ prouidentiam, ut ita deinceps rata & inconvulsa permaneant præsentis pagina renouamus, impressione sigilli nostri corroborata. Testes, *Ortwinus* Matricis Ecclesiæ Decanus. *Chonradus Felix puer* & *S. Viti* Præpositus. *Ortolfus Inticensis* Præpositus. *Chonradus Cultos*. *Gotesfridus S. Andrea* Canonicus & Capellanus. Actum Frisinga, Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCV, feliciter Amen.

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij in *Scheffelarn*, per Præpositum soliti gubernari *Præmonstratensis* Ordinis, *Frisingen*. Diæcesis. Salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes Apostolica pijs votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à Prædecessoribus nostris *Romanis* Pontificibus, siue per Priuilegia seu alias indulgentias Monasterio vestro seu vobis concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas justè ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Lugduni* Calend. Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Albertus Dei gratia, *Frisingen*. Episcopus. Sacra loca & venerabiles personas nos conuenit honorare, præsertim quorum suffragio & precibus iuuamur in cælis, & deuotis obsequijs frequentamur in terris. Eapropter notum esse volumus his, qui literas has inspexerint, legerint, vel lectas audierint, Quod nos venerabili & dilecto Fr. *Hainrico* Præposito de *Scheffelarn* decimationem in curte sua apud *Cheuerloch* resignatam nobis à parochiano *Conrado* de *Brunnen*, tam in grano quam in nutrituris pecorum concessimus, tum quia eandem Curtem proprijs suis sumptibus excoluit, & excolit, tum etiam quia in propria persona nostro seruitio fideliter infudauit. Volumus itaque vt eandem decimationem libere & absque cuiusdam contradictione possideat, fratrum suorum pauperum Christi semper vsibus profuturam, nec aliquis Sacerdotum qui post *Conradum* Ecclesiæ vel parochia *Brunnen* præficiendi sunt, ei de hoc vilam attemptet mouere quærimoniam quod nostra benignitas eidem fruendum concessit. Vt autem hoc nostrum beneficium illi stabile maneat, hanc exinde chartam ei conscribi, ac sigilli nostri impressione signari fecimus, testibus qui in cælestri nostro Capitulo fuerant, subternotatis. Quorum hæc nomina sunt. *Engilfench* Præpositus maioris Ecclesiæ, *Alberon* Præpositus *S. Castuli*, *Hainricus* Præpositus *S. Andreae*, *Rævvinus* Præpositus *S. Viti*, *Bertholdus* Præpositus *S. Zenonis*, *Vlricus* Præpositus *S. Arfacij*, *Richardus* Præpositus de *Vndiestorff*, *Conrad* Præpositus de *Sliedorff*. *Heinricus* quoque de *Sliersee* Præpositus & Archidiaconus in illis locis laudauit & consensit. De Abbatibus isti, *Robertus* Abbas *Tegrius*, *Robertus* Abbas *Aprimontis*, *Rapotho* Abbas *S. Stephani*, *Lotharius* Abbas *Roten*, *Eberhardus* Abbas de *Schyren*, *Hainricus* Abbas de *Atile*, & plures alij. Actum *Frisingæ* anno Domini *incarnat. 1170.* anno Domini *Alberti Frisingen.* Ecclesiæ venerabilis Episcopi *XII.* feliciter Amen, Amen.

IN Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* diuina fauente gratia Dux *Banariorum*, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Nouerit tam præsens ætas, quam futura posteritas, presentem paginam intuens, quod nos *Otto* Dux præfatus *Banariorum* Cænobio *S. Dionysij Scheffelarn* dicto, in remedium animæ nostræ ac progenitorum nostrorum hanc fecimus gratiam specialem, volentes vt omnes hæredes nostri, nobis in Ducatu succedentes eandem gratiã infringere non attemptent, videlicet quod Dñs *Heinricus* Præpositus eiusdem Cænobij

Cænobij & omnes successores sui Præpositi, auctoritatem nostram habeant plenariam, iudicandi singulos excessus in omnibus & grangiis quocunque nomine censentur Cænobio prædicto attinentibus, exceptis tribus excessibus, scilicet, Pogentzbluot, Notzogen & furtis, quos nostro iudicio decreuimus reseruandos. In cuius specialis gratiæ testimonium ac cautelam, Cænobio S. *Dionysij* præfato literas præsentis dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum & datum apud *Landsbutam*, Anno Domini M. C. LXXXIII. Indiæ, I. Regnante Domino *Friderico Romanorum* Imperatore gloriosissimo, & Domino *Heinrico* Cænobij sæpediti Præposito existente. Huius rei testes sunt, *Otto* Palatinus de *Wittelspach*, Comes *Heinricus* de *Plaie*, Comes *Heinricus* de *Frantonhausen*, & alij quamplures, qui præsentis aderant, fide digni.

Nos *Ludovicus* DEI gratia, Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauarie*, tenore præsentium recognoscimus & ad notitiam plurimorum cupimus peruenire, quod in nostram protectionem pariter & defensionem specialem recepimus villam *Peygarten*, quam à *Sigardo* Dapifero de *Frisinga* emit ac etiam comparauit Dominus *Gervicus* venerabilis Præpositus & Conuentus Cænobij in *Scheftlaren*, ab ipso Cænobio iure proprietario, cum omnibus suis attinentiis in perpetuum possidendam. Concedentes eidem Cænobio per presentes literas quod dictam villam *Peygarten* possidebit perpetuò in iudiciis & aliis, eo iure quo alias villas ipsi attinentes pleno iure possidet ac possedit pacificè ac quietè. Verùm quia quòd specialiter exprimitur plus memoriæ commendatur quàm quòd generaliter inhihetur iudicimus ad cautelam, quod in eadem villa Iudices & præcones nostri, nullam exceptis in tribus casibus, videlicet Pogentzbluot, Notzoch, & furtis, iurisdictionem seu Iudicium exercebunt. In cuius rei perpetuam memoriam, scripta præsentia dedimus, sigilli nostri munimine roborata. Datum in *Monaco*, An. Dñi 1277. 4. Id. Februarij.

Rudolphus DEI gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauarie* Theloneario suo in *Wolfrathusen*, qui pro tempore fuerit, vel qui in futurum erit gratiam suam. Mandamus tibi firmiter & præcisè, vt omnes res quæ vel de montibus vel alibi Ecclesiæ in *Scheftlern* adducuntur, sine theloneo in *Wolfrathusen*, & omni alia exactione dimittas liberè pertransire, si quidem nostram indignationem volueris euitare. Datum *Monaci*, Anno Domini 1297, in crastino beate *Catharinae*.

Rudolphus & *Ludovicus* DEI gratia Comites Palatini *Rheni*, Duces *Bauarie* Iudici in *Dacharue*, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit gratiam suam. Intuentes fidelis & deuota seruitia, nobis per Dominum *Chunradum* honorabilem Præpositum in *Scheftlern*, & suum Monasterium exhibita, ac in posterum exhibenda, ipsis hanc gratiam fecimus, vt Curia dicta *Ilmungeshof* in tuo officio sita, quæ ipsum Monasterium proprietatis titulo respicit, sturis, exactionibus, vel aliis seruitiis quibuscunque libera esse debeat in futurum. Mandamus tibi firmiter & districtè, quatenus ipsi Præposito & suo Monasterio præfatum gratiam eis per nos factam ratam teneas & inuolabiliter obserues, maxime cum idem Monasterium de vniuersis bonis suis sturis annis singulis nobis soluat. Dantes sibi has nostras litteras nostris sigillis sigillatas in testimonium super eo. Datum. *Monaci* An. Domini M. CCC. sexto, in crastino B. *Michaelis* Archangeli.

Wir Ludwig von Gottes genaden Römischer König ze allen zeiten Mehrer des Reichs. Thun Kund allen die disen Brieff ansehen oder hören lesen. Das wir durch vnser selbers hail / vnd durch Ablas vnser vnd vnser voderen Sünde / den geistlichen Mannen dem Probst vnd der Sammlunge ze Schefflarn / die wir mit besundern genaden vnd gunst vंबरangen haben / bestätiget haben / vnd auch bestätigen / das Selgerat das der veste Mann Chunrad der alte Pairprunner / mit dem Hofze Pulach / mit dem Hofze Geissenprunn / mit dem Hofze Podem / vñ mit dem Hofze Tötenhausen / Lauterlich durch GOT gethan hat / mit Otten seines Euns gunst vnd willen / als wir gesehen haben völliglich an seinen Brieff ver sigelt mit seinem Insigel. Darüber ze verkunde geben wir ihm disen Brieff mit vnserm Insigel ver sigelten / der geben ist ze Mänchen an dem Freytag nach vincula Petri. Da man zalt von Christes geburt dreyzehnhundert Jahr / darnach in dem zway vnd zwanzigsten Jahr. In dem achten Jahr vnser Reichs.

Wir Ludwig von Gottes genaden Römischer König ze allen zeiten Mehrer des Reichs / veriehen öffentlich an disen Brieff / wanne es mit pöster gewonheit herkommen ist / das auff dem Hofze Cheuerlor / der ze dem Closter ze Schefflarn gehöret / an Sand Silgen Tag als Tult da ist / vnser Richter von Schwaben mit seinen Dienern ein Mal da namb an dem selben Tage / vñ ein Mänchner Mu habern / vnd ein pfund Mänchner Pfening / das ihm alles des Hofes ver wesser der dann da was geben muess / durch Gott / durch das Recht / vñnd durch vnser vnd vnser voderen Seele hailes willen / haben wir abgenommen mit disen Brieff / vnd nemmen auch abe dieselbe gewonheit vnd demselben dienst / vnd wollen vnd gebieten dem Richter ze Schwaben / ze Wolfrashausen / vnd allen vnsern Richtern dienun da sind / vnd auch kommt hernach vestiglich bey vnsern Hulden / das sie für das den vorgeschribnen dienst weder Mal habern noch Pfening von dem Hofze Cheuerlor von dem Pflieger daselbs nach von dem Closter ze Schefflarn / den wir allen mit disen Brieff abnemmen / für das weder voderen nach nemmen in kein weiß / nach durch keinerley sache. Vnd darüber ze verkunde geben wir disen Brieff ver sigelt mit vnserm Königlichem Insigel / der geben ist ze Mänchen da man zalt von Christes geburt dreyzehnhundert Jahr / darnach in dem fünf vnd zwainzigsten Jahr / des Freytags vor S. Bartholomeus Tag / in dem Ailfften Jahr vnser Reichs.

Wir Ludwig von Gottes genaden Römischer Kayser / ze allen zeiten Mehrer des Reichs / thun Kund allen den / die disen Brieff ansehen / oder hören lesen. Das wir durch GOT vnd auch fleissige bette / des geistlichen Mannes Chunrads des Probsts ze Schefflarn / vnser lieben diemütigen demselben Closter die besunder genad gethan haben vnd thun / das wir wollen vnd erlauben einer Mäl die gelegen ist ze Schwäbing die dasselb Closter zu Schefflarn angehört / das sie einen Mälwagen haben soll vnd hab / in allen den Rechten als die Mäl vnser Statt ze Mänchen haben / an all jrz vnd hindernusse / vnd dauon gebieten wir vnsern Anpflenten / vnd andern vnsern getrewen / wie die genant sind / das sie die vnser genad stet haben vnd nit gestatten / das sie von jemand oberuarn werde vmb kainerley sache / vmb lieb in vnser genade vnd füderung sein. Vnd darüber ze verkunde geben wir disen Brieff mit vnserm Kayserlichen Insigel ver sigelten. Der geben ist ze Mänchen / do man zalt von Christes geburt dreyzehnhundert Jahr / darnach in dem dreyzigsten Jahr / des Freytags vor dem weißen Sontag / in dem Sechzehenden Jahr vnser Reichs / vnd in dem dritten des Kayserthums.

Wir Ludwig von Gottes gnaden Römischer Kayser ze allen zeiten Mehrer des Reichs. Thun kund allen den die disen Brieff ansehen oder hören lesen. Das wir von besondern gnaden / die wir zu dem Closter ze Schefflarn haben / vñnd durch vnser Seele heiles willen geben haben / vñnd geben mit diesem Brieff / allen den Zoller von aller Kauffmanschafft gefallen mag ze Chenerloch an Sant Egidien abent / vñnd an seinem Tag / so ze Kirweich ist / also das der Brobst vñnd der Conuent des vorgenanten Closters ze Schefflarn / denselben Zol alle Jahr Ewiglichen nehmen solten zogleicher weise als wir vnsern Zol ze Mönchen nehmen. War auch jemand / der ihm denselben Zol entzüeret / der soll schuldig sein dem vorgenanten Brobst vñnd seinen Closter die Duese / die des schuldig ist / der vñns vnsern Zol ze Mönchen entzüeret. Vñnd das das vorgenante Closter an denselben Zol sicher sey / vñnd vñngeriet beleibe / So gebieten wir vestiglichen bey vnsern Hülften / vnsern Viztum / der jetzt ist / oder hernach werde / das er dem obgenanten Brobst von Schefflarn / der jetzt ist / oder hernach wird schirme vñnd ihm beholffen vñnd gerathen sey / das ihm derselbe Zol gefalle gar vñnd gänglich in aller der weise / als vorgeschriben steht / mit allen den rechten / die wir auff vnserem Zol ze Mönchen haben. Vñnd darüber ze vrlunde geben wir ihnen disen Brieff vestiglichen mit vnserm Kayserlichen Insignel / der geben ist ze Mönchen an dem negsten Pfingsttag nach dem Ostertag. Da man zalt von Christes geburt dreyzehen hundert Jahr / darnach in dem ain vñnd dreyzigsten Jahr / in dem Sibenzehenden Jahr vnser Reichs / vñnd in dem dritten des Kayserthumbs.

Wir Ludwig von Gottes gnaden Römischer Kayser ze allen zeiten Mehrer des Reichs. Verichen offentlich an disen Brieff wann der vest Mann Albrecht der Glapfenberger vnser Maister ze dem Etal / Krieg vñnd ansprechung hingeh: dem Brobst ze Schefflarn vñnd Gebhard Stromayr der sein aygen Mann gewesen solt sein / haben wir durch guet vñnd durch friedes willen / dem vorgenanten Chunraden Brobst ze Schefflarn vnsern lieben diemütigen / vñnd seinen Gottshaus geben ze rechten aygen an des vorgenanten Stromayrs statt / vnsern aygen Mann Berchtold den Ackersteyn / Diemunden sein Hausfrauen vñ sein Erben. Also das der vorgenant Gebhard Stromayr sein Hausfraw vñnd sein Erben / des vorgenanten Maysters vñ des Gottshaus ze vnser Frauen Etal aygen sein sollen / vñnd daran soll dasselb Gottshaus von niemand kein jrung haben. So soll auch den vorgenanten Brobst vñnd das Gottshaus ze Schefflarn fürbas an dem vorgenanten Ackersteyn seiner Hausfrauen / oder ihren Erben / niemand hindern noch irren mit keinen sachen. Ze vrlunde dieses Brieffs der geben ist ze Mönchen an S. Gregorij abent in dem Sechs vñ zwainzigsten Jar vnser Reichs / vñnd in dem dreyzehenden des Kayserthumbs.

Ad sunt & alia Concessionones, Confirmationes & Priuilegia aliorum *Banarie Ducum* plerimã, quas omnes huic operi inferere nimis longum foret.

Catalogus Prapositorum Monasterij Schöfflarn.

- I. ENGELBERTVS eligitur an. 1140. confirmatur ab *Innocentio II.* Pont. Max. resignauit post an. 13.
- II. EBERHARDVS success. an. 1153. præf. an. 7.
- III. ARNOLDVS elect. fuit an. 1160. decessit anno regiminis sui 4.
- IV. HENRICVS elig. an. 1146. vir pius & religiosus, ac Monasterio utilis in plurib. Bibliothecam & multa bona acquisiuit, tandemq; anno prælaturæ suæ 37. mortem obiit.
- V. WERNHERVS, an. 1200. ad clauum euehitur, ædificiis & ornamentis ecclesiasticis monasterio profuit; Capellam etiam B. Virginis construxit, fato sublatus an. prælaturæ 18.

VI. CON-

- VI. CONRADVS dens. acquisiuit monasterio multa bona, vir grauis, & frugalis, ob. an. suæ prælaturæ 21.
- VII. LVITTANNVS electus an. 1239; tertio anno post resignauit.
- VIII. VDALRICVS natione *Sueuus* sufficitur; qui & ipse quoq; anno octauo post prælaturâ cessit.
- IX. CONRADVS II. dictus *Wifhaimer Vdalrici* successor datus an. 1249. diebus solummodo decem superuixit.
- X. BERCHTERVS eodem anno electus, deuotus pater, post an. 10. prælaturæ munere se abdicauit.
- XI. HEINRICVS *Gotzinger* an. 1259. præfulatu decoratus, sex mensibus tantum eod. fungitur.
- XII. SIGHARDVS locum sui antecessoris subintrat, & anno 5. resignat.
- XIII. DIETRICVS *sueuus*, eligitur an. 1264. qui ex patrimonialibus suis bonis Monasterio multa elargitus est, resignauit anno regiminis sui nono.
- XIV. BERECHTERVS supra decimo loco commemoratus, iterum eligitur ob. anno quarto post.
- XV. GERVICVS sufficitur an. 1277. obiit anno gubernationis suæ quarto & tam breui temporis spacio bona monasterij plurimum auxit, ac *Peügarten* acquisiuit.
- XVI. FRIDERICVS de *Schwäbing*, deuotus pater eligitur, & anno nono post, humiliter resignat.
- XVII. CONRADVS III. elig. an. 1286. acquisiuit *Selachen*, ac benè remgens moritur anno 4.
- XVIII. CONRADVS IV. cogn. *Widseit* an. 1290. electus ac consecratus, annum prælaturæ agens quintum resignauit.
- XIX. HEINRICVS *Giesinger* an. 1295. assumptus ad præfulatum resign. anno 7.
- XX. FRIDERICVS in cedentis locum repetitur, acquisiuit *Planckenbouen*, moriturq; anno quinto.
- XXI. VDALRICVS *Teufelhart*, an. 1305. el. bonus paterfam. moritur post menses nouem.
- XXII. CONRADVS de *Schwäbing* eod. an. subrogat. locupletauit monasterium & ædificiis auxit, defun. an. 13.
- XXIII. RVDOLPHVS el. an. 1317. tertio anno post obit.
- XXIV. CONRADVS *Sachsenhauser* Cæs. *Ludouici* IV. consiliarius & familiaris, an. 1320. præful factus, monasterio & fratribus ex suo proprio plurimum profuit, vini redditus annuos acquisiuit, chorum ædificauit, anniuersarium quatuor anni temporibus celebrandū fundauit, & mortuus est post an. 26.
- XXV. BERCHTOLDVS el. an. 1346. Monasterio scribendo utilis fuit, & præfulatum ad tertium annum produxit.
- XXVI. WERNHERVS sequitur an. 1348. monasterium in libris & bonis auxit: *Vichhausen* acquisiuit, mortuus anno 4.
- XXVII. HEINRICVS *Phoner*, vir pius el. an. 1352. ædificauit Capellam S. *Erasmi*, & post an. 18. resignauit præposituram.
- XXVIII. *Vdalricus Osterhoffer* vir placidus el. an. 1363. ob. an. reg. 17.
- XXIX. IOANNES *Pfaler* subrog. an. 1380. acquisiuit Ecclesiam & decimas in *Scheytngen*, ob. anno 30.

XXX. IOAN-

- XXX. IOANNES à *Drosperg* an. 140. suffectus, ædificauit multa vtilia & ad ornatum spectantia; resignauit post an. 28.
- XXXI. HEINRICVS, an. 1483. euectus, benefactor monasterij an. 19. post defungitur.
- XXXII. WILHELMVS *Oberdorffer* el. an. 1457. ædificandò ad flum. *Isaram*, præposituram quoque, & alia monasterio vtilis fuit mor. an. 7.
- XXXIII. ERASMVS *Golbuetter* vir deuotus, bonusq; paterfam. el. an. 1463. ob. an. 4.
- XXXIV. LEONHARDVS *Polckel*, ipse quoque ædificando & rem bene gerendo monasterio vtilis, resignauit anno 8.
- XXXV. GEORGIVS *Staffer* deuotus & religiosus pater, an. 1476. præpositus factus, ornauiit templum, Altare in Choro fieri fecit, ob. an. 13.
- XXXVI. LEONARDVS *Schmidt*, grauis vir successit an. 1490. Sacram suppellectilē pretiosā, Tenebræ fundauit, præclara multa ædificia fecit, parochias in *Deining* & *Daigsteten* Monasterio acquisiuit, infirmatorium construxit, aliaq; multa vtilia præstitit, ob. an. 34.
- XXXVI. GEORGIVS *Vogger* el. an. 1527. sub cuius præsulatu monasterium incendio periit, quod industria sua breui tempore maiori cum splendore restituit, & suppellectile sacra ornauiit, ob. an. reg. 17.
- XXXVIII. IOANNES *Egger* vir monasterio vtilis el. an. 1544. ædificauit Capellā Saluatoris & domum parochialem in *Scheyringem*, & anno suæ gubernationis 12. viuere desijt.
- XXXIX. GEORGIVS *Pachperger*, assum. an. 1556. ædificauit tabernam in *Erthausen*; aliisque modis Monasterio profuit, ob. an. sexto.
- XL. LVDOVICVS *Holzmaier* el. an. 1562. vir pius & benignus, ædificiis ad fl. *Isaram* monasterio vtilis, resignauit post prælaturā an. 29. bene administratā, & vitā excessit an. 1595.
- XLI. LEONHARDVS *Klotz*, Conuentualis *Schefflarien*. plebanus in *Scheyring* vnanimi omnium consensu eligitur prædicto an. 1591. die octaua Martij vir pius, circumspectus, & rei familiaris gnarus. Impetravit à Sum. Pont. Clemente VIII. benedictionem *Ferraria* die 23. Octob. an. 1598. Auctoritate etiā & patrociniò Ser. mi *Boiar*. Ducis *Guilielmi V.* præposituram Monasterij ad Abbatiam euexit; vt diploma Clementis VIII. ostendit.

CLEMENS PP. VIII.

Dilecte fili salutē, & Apostolicam benedict. Exposcunt tuæ synceræ in nos, & Apostolicæ sedē deuotionis affectus, ac pietatis, & Religionis Zelus, vt te, ac istud Monaster. Schefflarum ordinis Præmonstratens. cui præesse dignosceris, meritis, honoribus, & prærogatiuis libenter decoremus, prout diuini cultus augmento, ac alias in Domino salubriter conspiciamus expedire, Supplicationibus igitur dilecti filij Nobilis viri Guiljelmi Bauariæ Ducis, ac tuo nominibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ex sententia quoq; venerabilis Fratrum nostrorū S. R. E. Cardinalium Congregationi Sacrorū Rituum Præpositorū, tibi, tuisq; successorib. dicti Monasterij Abbatibus pro tēpore existentib., vt Mitra, Anulo, & baculo, ac aliis Pontificalibus insignibus, nec non in Monasterio, ac aliis Ecclesiis eidē Monasterio subiectis, seu ab eo dependen. in quibus tu, & successores p̄ti in Pontificalibus pro tempore celebrabis, benedictionem solemnem post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum, ac aliorum diuinorum officiorum solemnia supra populum ibi tunc interessentem, dummodo aliquis Antistes, seu sedis Apostolicæ legatus præsens non fuerit, vel si præsens sit, illius expressus ad id accedat assensus, largiri liberē, & licitē valeas, & valeant Apost. auctoritate renore pœnitentium de speciali gratia licentiam, & facultatem concedimus, pariter, & indulgemus. Non obstantibus, constitutionib. & ordinationibus Apostolicis, cæterisque; contrariis quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctū Petrum sub Annulo piscatoris die XVII. Martij M. D. XC VIII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Consecratus in Abbatem an. 1599. die 26. Septembr. Provincialia *Boiaria* munera per annos viginti sex gnauius obiuit: nec interim Monasterio suo vlla in re defuit: sacram suppellectilē apprimē auxit; obiit tandem omnibus charus ac desideratus, die 20. Septem. an. 1619. munere suo egregiē functus an. 28. mens. 6. d. 4.

XLII. MICHAEL Abbas II. qui hodieq; Cœnobio cum laude præest, & vt diu feliciterq; præsit ex animo vouemus. Eligitur V. Octobr. an. clo. lcc. xix. Consecratus *Friisingæ* XVII. Nouembris eiusd. anni.

SCHYTRN.

SCHYRVM siue Schyrense Monasterium ord. S. Benedicti supra Pfaffen-
Shouen situm, Comitum inicio Schyrensum magnificum castrum fuisse legitur, quod construxit Arnolphus Comes Schyrensis, filius Arnoldi mali. In
Metrop. Salzb. Tom. III.

*Auent. im
Annalibus
fol. 624.*